

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Libido c
cum fonte primo

Seuus criminum stimulus libido est
que numquam manere quietum pacitur
affectum; nocte feruet, die hanelat.

Ambrosius in libro de Abel et Caym.

saeuus criminum stimulus libido est,
quae numquam manere quietum patitur
affectum. nocte feruet, die anhelat, de
somno excitat, a negotio abducit, a
ratione reuocat, aufert consilium,
amantes inquietat, lapsos inclinat, castis
insidiatur, potiendo inflammat usuque
accenditur.

Ambrosius Mediolanensis, *De Cain et
Abel*, 1, 5, 20 (CSEL 32.1, C. Schenkl
ed., p.357, ll.11-16).